prohis ad uicem orationibus remunerare, ut et uitam nostram per
simus rectam seruare. de reliquo et in opere presenti dignum aliquid dice
re, quod possit remissa et dissoluta genua constringere et animas hu
mi iacentes erigere; unde ergo nobis unde uerbi huius sumetur exor
dium, quae ei prima fundamenta quae crepido ponitur? ego non alia
puto huic digna esse principia nisi uerba dni nostri ihu xpi quib; luget
quidem ridentes, beatos autem dicit lugentes; ita enim ait in euangelio;
Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Et uae his qui rident nunc quia
ipsi lugebunt et flebunt. et merito; lugendum enim est. et uere lugendum
praesentis uitae tempus in quo tantam malorum labem tanta cotidie uidemus
flagitia cumulari. quae si uelis considerare per singula, numquam poteris
a lacrimis temperare; sic omnia confusa, sic cuncta resoluta ut uirtutis
ne uestigium quidem usquam uideas; nequitiae uero et luxoriae reple
ta esse cuncta perspicias et quidem infelicius purgentium nos malorum
iam nec ipsi sensum capimus, nec aliis praebemus. Sed sumus uelut corpus
extrinsecus quidem indumentis adornandum, intrinsecus uero tabo pessi
mi langoris adsumptum, et contigit nobis quod illis solet qui uel frenesin
patiuntur uel mente capti sunt, a quibus cum multa turpia et periculosa uel di
cantur uel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid nec paenitudinis ca
piunt, quin immo et magnifici sibi ac sapientiores sani uidentur ac sapien
tibus; Ita ergo et nos cum omnia quae sanitati contraria sunt gerimus, nec
hoc ipsum quidem quid deest nobis sanitas nouimus; Et enim si forte in corpo
re parum aliquid morbi pulsauerit, statim et medicos adhibemus et pecunia
profundimus et omni obseruantia quae conpetit gerimus, ne prius cessatur
quamque molesta sunt mitigentur. Anima uero cum cotidie uulneretur
cum per singula laeditur, uratur, praecipitetur, et modis omnib; pereat, ne
parua quidem pro ea nos cura sollicitat; Sed honorum causa illa est quod omnes
pariter morbus obtinuit et tamquam si accedat multis sub uno languentib;
praesto esse neminem sanum, certum est quod omnes pariter corrumpat et
adsumat incuria dum nemo est qui uel opportuna praebeat uel inoportu
na prohibeat. Ita et nobis dum nemo sanus est sed omnes languemus, alius ma
iore, alius minore ex parte, nemo est qui curet, omnes enim indigent curam. Et
enim si quis extrinsecus undecumque adest et praeceptorum xpi ac nos
trae conuersationis confusionem ac perturbationem uideret, nescio si alios

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0317